

96

STIBADIUM
NOVIS HONORIBVS
VIRI
SVMME REVERENDI AMPLISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI
DOMINI
CHRISTOPHORI
GOTTLOB
GRVNDIGII

QVVM AB EPHORIA ECCLESIARVM
GLAVCHAVIENSIVM

AD
GRAVISSIMVM MVNVS

ANTISTITIS SACRORVM QVAE IN DIOECESI
FREIBERGENSI PERAGVNTVR ATQVE
INSPECTORIS SCHOLARVM

EIVSDEM TRACTVS
DIVINIS AVSPICIIS TRANSIRET

ET POSTRID. CAL. SEPT.

A. R. S. MDCLIX,

DEMANDATAM PROVINCIAM INGREDERETVR

AD TESTIFICANDAM OBSEQVII

PIETATEM PVBLICE

ADORNATVM

MAGISTRIS ET COMMITTONIBVS
GYMNASII FREIBERGENSIS.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.



CHRISTOPHORI



A rma virumque Maro diuina voce canebat,
Musa dulcisonos sufficiente modos.
Nunc ea GRVNDIGIVM fama meritisque
valentem
Illius in laudes officiosa canit.
Hic quot caelestis vi verbi contudit hostes.
Tot virtute sua parta tropaca tenet.
Armata lingua perfringit saxea corda,
Armatis studiis ingenioque potens.
Armato fraudes animo contemnit iniquas,
Quas Drances, Bauius, Pantolabusque struunt.
Armatis precibus caeli petit igneus arces,
Proque suo coetu commoda multa refert.
Quapropter, Praeful longe dignissime, salve,
Atque nouum munus caelitus auctus adi.
Viue, vale, partesque Tuas tam fortiter explie,
Sera ut posteritas arma virumque canat.

M. Io. Gottlieb Bidermann,
Rector.

Eusebies decus, et sacrati gloria coetus,
Spes noua nostratis praesidiumque scholae.
ETE diuina nouas sapientia sumere partes
PRAESVLIS, et sanctum munus obire, iubet,
Vt spartam, longi quam temporis arte mereris,
Impositam nuper, Numine dante, regas.

*O me felicem, cui fors haec contigit olim,
Vt TE auditorem conspicerem esse meum!
O! quiores animi dotes miratus, et ardens
Discendi studium, cum pietate, TUVVM,
Vates non vanus TIBI praemia digna spondi,
Praemia constanti digna labore TUO.
Exactos igitur varios solare labores,
Dum TIBI tam claro lumine surgit bonos.
Quam multos post TE meritis ac laude relinquis!
Quam paucos similes annumerare licet!
Quis nisi vesanus nolit TIBI faysta precari,
Et pro TE sancta mente rogare Deum?
TE Deus inumeros saluum conseruet in annos,
Conseruet vires sufficiatque nouas!
Cuncta sinistra procul, morbos, mortemque repellat,
Nec nisi TE sero fata subire sinat.*

M. Io. Andr. Lutherus,
Corr.

LVCe bona nobIs ConCors ConcorDIa
reflet,
CresCens aCCresCat nobIs ConstantIa
Constans.

Dum vota poscit omnium hic dies bonus,
Nobisque parta fauitas,
Silere Musa non potest dic bono,
Sed omnibus plaudentibus
Se iungit, et, quae dantur optimae voces
Plaususque continuat suis.
Te, Grundigi, Freiberga poscit Praefulem,
Te vult sacrorum Antifitem.
Omnis celebrat ciuitas, et debitiss
Te prosecuta laudibus,
Non parua sentit gaudia, et FELICITER!
Late sonat per compita,
Debetur haec virtutibus merces Tuis,
Debetur et Constantiae
Scientisque, quas Tuum pectus tenet.
O! faxit, o! faxit Deus,



Verende Praeful, ut Tibi dies fluant
Semper beato candidi.
Vt mox reducta pace non fallax fides
Firmetur et Concordia;
Concordia hoc gratata, quae decus Tibi
Sece applicat lateri Tuo,
Tuisque depellatur auspiciis procul
Omnis dolus Discordiae.
Sospes slet, Te perManente sospite,
Patrlae Scholae DeCVs plac!
Sospes sit et Degat, preCor, Te sospite,
Scholae Maglster TertiVs!

M. Io. Aug. Harzbach,
Coll. III.

Numinis summi Reuerende Praeco,
Praeful et sancto venerande cultu,
GRVNDIGI, rerum columnen sacrarum
Gymnasiique.

Praefuli nostro Tibi iam Camoenae
Vota, Te nobis veniente, cantant;
Hisque coniunctae Charitum coronae
Carmina pangunt.

It per umbrosos animosa saltus
Turba festiuos iteraque plausus,
Et fides inter resonat fauenti
Tibia cantu.

Concinit magnum chorus ore Epoptam
Ordinis sacri, facilem salutat
Te suum Patrem, meritoque tollit
Laudis honore.

Lactus aduentu toties petro
Totus acclamat Tibi iam senatus,
Ciuium quisquis bene comprecatur
Numine plenus.

Addimus nostrum, Pater alme, votum.
Praefulem nobis tua dextra seruet,
Integrum, sartum, vegetum et quietum
Sospiter usque.

Splendeat templis, niteat Lyceo,
Fulgeat toti domui, nec ullam
Asperam fortē ferat aut maligni
Sideris aeternum.

Sed fides, sed pax, sed amica pacis
Faustitas largo cumulata cornu
Candidos soles niueaeque ducat
Stamina vitae.

Sume, Maecenas, placidus volensque
Parua non parui monumenta cultus,
Semper et vultu facilis fauoris
Adipice vatem.

Io. Christoph. Kessel,
Cant. et Coll. IV.

Elegere Patres conscripti *Nathanaelem*,
Clero qui praefit, propiscitarque scholis.
Te, GRVNLDIG Summe Venerabilis, elegerunt,
Te, quem commandant candor et integritas,
Doctrinam iungis solidam virtutibus illis.
Tale pius gaudet coetus habere caput.
Pieridesque sibi talem petiere Scholarcham,
Famae cuius erit protuenda cura scholae.
Quod posuit post fata WILISCH Venerandus, alacri
Prende manu, *Praeful Perreuerende*, pedum,
Verbo pacce gregem; precibus non definit ille
Pro pastore suo sollicitare Deum:
QVeM ConCeſſerVnt nobis DeVs arqVe Patron!,
Sit VIVaX EphorVs, ferVs Vt astra petat.

Godofr. Gebhardus,
Coll. V.

Exulta laetitiis iuga plaudite pulera Sionis,
Atque bono Freiberga urbs incluta cive resulta!
Plaudite, nec motus animi cohibete, Camenae,
Nec reticete modos, nec vota petentia coelum;
Sed vos, o Sociæ, arræcta dare gaudia mente!
Hem! venit, nolris multum speratus in oris
Praeful Sacrorum, virtutis lege Verendus,
Deliciae gentis dilectæ et cura nouenæ.
Aonidum turbae solerter. Ite paratae,
O Sociæ, digno refari gaudia cantu
Noſtro Grundigio, dum munia sacra capessit.
Vndique conueniunt, illo praesente, carentes
Grata voce diem, quo nostras repperit oras,
Atque renata polo illi gaudia mille precantes.
Sic ego: Da rerum sapientia et prouida virtus
Noſtro Grundigio quaque pietate Verendo,
Vt soles longum sanctas operetur ad aras,
Et clara cum gente ad tempora longa superstes.
At laudes eius meritis viriuteque partas
Eximias sero memorabit fama nepoti,

Io. Gottfr. Fritsche,
Coll. VI.

Sicuti, quum fabri iacunt fundamina turris,
Vndique concurrunt pueri, iuuenesque, senesque,
Incepitos vistum, non visos ante labores,
Atque hic auctorem praeclaris laudibus efferr,
Ille nouum miratur opus, quod nulla vetustas
Diruet; ast cuncti certam plausibus ipsum
Extollunt factum, et memori tunc peccore figunt:
Sic, ubi GRVNDIGIVS coelesti munere nobis
Praeficitur, mira mentes ratione mouentur,
Eius et aduentu felicia tempora sperant.
Hoc velit esse ratum, qui solus sita gubernat,
Arbitrioque suo nostris dispensat ad usus,
Rebus pacatis ut, nostro Praefule saluo,
Salua simul manante et perstent templi scholaeque.

Immanuel Steigerus,
Successor.

In varias partes sententia scinditur anceps,
Inuestigari num possit acumine mentis
Humanae, quae sit res perfectissima rerum?
Et quae sola homines reddit feruataque beatos,
Quae nil optandum post se per vota relinquat,
Sed desiderii scopus est ac ultima meta?
Nempe Bonum. Summum multis est viua voluptas.
Tale fibi fingunt Epicuri de gregi porci.
Et sunt, qui ponunt ex omni parte beatam
Sortem in eo, si sunt curis vacui atque dolore,
Carnagiae, quod fert primum natura, probatur.
Laudat virtutem et Diiodorus suader honestum.
Delicias Calipho virtuti ac addit honesto.
Vile concedit nil Zeno, praeter honestum.
Omnia Ariphoreles bona nomine continet isto.
Hi septem fines tripli discrimine distant.
Tres sine honestatis titulo sunt, tres ad eandem
Adiiciunt aliud, contra probat una decorum.
Ergo diffractis animis haec turba virorum
Fluctuat, incerta bona maxima fide locando.
Iam, si ruspamus caussam, quam sedula eorum
Ingenia exticerint, cur verum tangere finem
Nequierint multo studio magnoque labore?
Hoc duce responsum sana ratione seremus:
Principii ignarus necfit contingere finem.
Vnde sit humanum genus ortum, torus et orbis
Vnde sit enatus, necfit solertia mentis.
Ergo nec id poterit cognoscere, quo omnia tendant.
Iudicium porro per idem contraria fas est
Nosse: sed ignorat mens fontem nostra malorum,
Insidias Saranae et lapsum imprudentis Adami.
Qui poterunt igitur praestare hoc lumina mentis,
Ut videant iugi fontem bonitate scatenem?

His igitur missis, tanto est felicior horum
Condito, quorum lumen cælestis sequuntur,
Certior est quanto persuasio mentis eorum,
Diuinis radiis quae circumfusa nitescit,
Diseictis longe præsa de sede tenebris.

Accensa siquidem diuini lampade verbi,
Nitimus haud tantum Summi nos atque potimus dona
Cognitione Boni, sed et huius fructibus amplis
Sortis tam laetae et mortales inde fruuntur
Deliciis, animus melius quae sentit et haurit,
Quam multis verbis longo et sermone notantur.
Qui caret hoc dono, miser est, licet omnis honoris
Et misericordia titulos tueatur quitos,
Imperio multas terras gentesque coercens,
Qui caret hoc dono, licet omnibus auctus abundet
Diuinitas, revera is paupertate laborat,
Inter opes et inops se longe sentit abesse
A veris opibus, tranquillam reddere mentem
Quae possunt, quando nunc inclemencia fati
Haec bona fluxa rapit, nunc mors iubet ista relinquere
Qui caret hoc dono, gallinas filius albae
Si sit, et adspirent votis miriflora fati,
In felix tamen est, extremo tempore lugens
Arque paritatis fortunae incommoda defens,
Qui caret hoc dono, quamvis fere praebeat omnes
Ingenio, dignus qui summa laude feratur,
Est ramen obtusae mentis, quia luminis expers
Caelestis, quas sit nescit sapientia vera.
Hinc sumus omnino nos omni ex parte beati,
Gratis supremi quos est dignata Iehouae
Cognitione Boni Summi, ne nocte malorum
Oppressi fati exerceremur acerbis,
Vitaque cum gemitu fugeret miseranda sub umbras,
Conditor vero tanto felicior isthaec
Equadit, quanto virtusque fidesque resulget
Clarior illorum, doctores atque magistri
Qui dantur, nobis praeant ut transe recto,
Comendentque Bonum Summum non tempore nullo,
Ac aditus monstrant ad idem sine fine petendum,
Ipsi vero sua vita non turpiter acta
Tefatim faciunt, se merare currere ad istam.

GR VNDI GIVS talis quum nos accedat honesto
Obsequio, parens louae Samuelis ad instar,
Atque voluntati diuinae rite vocanti
Omnia posponens, quae retractare valebant,
Quis non Freibergae gratus prospera fati?
Quis non auspiciis faustis hoc caelitus omen
Euenisse yider? quis non miratur amorem,
Quo nouis hic Ephorus turba est exceptus ab omni?
Ergo dies albis haec est signanda lapillis,
Cuius quisque bonus qua laetos pectore motus
Concepit, et frone exorrepta gaudia prodit,
Sepofitis curis plausis ad sidera tollens,
Et votis multis complectens commoda summa.
Nos vero tanto sociamus alacrius illa,
Quanto maiori san est nos iure fidi
Praefidio curaque T V A E, dignissime Praeful,
Cum studiis nostris nos ipsis tradere totos.
Quare suppliciter Numen caelestis rogamus,
Omnibus aerumnis pulsis, Tibi proroger annos,

Vt duce Te vigeant et praefide tempula, scholaque,
Et nebulas nostras opata luce serenes.
Audiat haec preces, et facis vota secundet
Trina monas caeli, una trias, trinuma potestas!

condicopolorum nomine fecit

Io. Gottfried Anshelm,
Hedorf. Mis.

Die Namen der heyden oberen Classen.

- Joseph Mühl, Freyberg.
Johann Gottlieb Schertervis, Wenschenbora.
Christian Gotthold Poppe, Freyberg.
Johann Conrad Flade, Hallbach.
Johann Gotthold Geißler, Freyberg.
Johann Gottfried Anshelm, Hesdorf.
Carl Gottlob Kirchhübel, Oberhau.
Johann Gottlieb Biedermann, Naumburg.
Salomon Gottlob Biener, Freyberg.
Christian Gotthelf Meier, Freyberg.
Gottfried Benjamin Weber, Dippoltiswalde.
Johann Gotthart Ulrich, Meissen.
Johann George Knebel, Niederschöna.
Traugott Sigismund Günther, Langenhennersd.
Johann Gottfried Schmidt, Hesdorf.
Christian Gabriel Müller, Oberhau.
Ernst Ehrenfried Steglich, Dippoltiswalde.
Carl Benjamin Grauel, Hartmannsdorf.
Christian Gottlieb Schmidt, Burchardsdorf.
Johann Gottfried Seicher, Freyberg.
Johann Gottlob Burkhardt, Tanneberg.
Ehrenfried Gotthart Erdel, Tanneberg.
Gottfried Heinrich Jenisch, Schwarzenberg.
Christoph Adam Frey, Leubsdorf.
Johann Christoph Einhorn, Langenau.
Gottlieb Abraham Langhammer, Freyberg.
Johann Christian Dimitrich, Freyberg.
Christian Lebrecht Koch, Leubsdorf.
Gottfried Immanuel Sacharias, Frauenstein.
Salomon Vogel, Ebenrodt.
Traugott Hübel, Nasau.
Johann Gottlieb Ermer, Speckshausen.
Friedrich Wilhelm Müller, Wilsensief.
Johann Gottlob Beyer, Freyberg.
Johann Gottlob Krause, Dresden.
Johann Gottlob Dähne, Conradsdorf.
Theodorus Gottlieb Ehrenhaus, Gelenau.
Ernst Adalodus Martin, Rückenberg.
Johann Andreas Brütz, Zittau.
Gottlob Friedrich Wenzel, Sanda.
Friedrich Wilhelm Rauchelbach, Cäschwitz.
Friedrich Christian Rauchelbach, Rosswin.
Johann Christian Barthel, Conradsdorf.
Johann Gottlob Klaßnitzer, Langenhennersd.
David Benjamin Franke, Freyberg.
Johann Dankgott Schneider, Freyberg.
Christian Carl Kämme, Wollstein.
Johann August Schnidler, Penig.
Salomon Friedrich Hantfeld, Schmiedeberg.
Johann Friedrich Biedermann, Dippoltiswalde.
Johann August Klemm, Oberbobritzsch.
- Carl Christoph Friedrich Arnold, Mittelsaada.
Johann Gottlob Kübel, Freyberg.
Christoph Lebrecht Grabl, Köthchenbroda.
Carl Gottfried Schulze, Freyberg.
Christian Gottlob Noisch, Freyberg.
Johann Heinrich Richter, Nauendorf.
Johann Paul Richter, Freyberg.
August Sigmund Nätz, Freyberg.
Carl Gottlieb Tillner, Pappendorf.
Friedrich Lebrecht Kummer, Müschen.
Johann Christoph Geißler, Freyberg.
David Gottlieb Bachler, Löbau.
George Friedrich Grübler, Freyberg.
Johann Gottfried Ufer, Hesdorf.
Johann Christoph Moch, Kleinbartmannsd.
Johann Gottfried Hilbermann, Freyberg.
Christian Gottlieb Bünzlitz, Colmnitz.
Christian Gottfried Schmidt, Burchardsdorf.
Carl Christian Lüher, Freyberg.
Christoph Traugott Arnold, Mittelsaada.
Johann George Bellmann, Voigtsdorf.
Johann Gottfried Erler, Voigtsdorf.
Christian Hieronymus Hunger, Freyberg.
Johann Gottlieb Nendel, Wegefarth.
Johann Paul Zimmermann, Raußlitz.
Friedrich Samuel Siebel, Wittenberg.
Andreas Friedrich Kloß, Freyberg.
Johann Gottlieb Richter, Sachsenburg.
Salomon Friedrich Langhammer, Freyberg.
George Samuel Eyzfelde, Freyberg.
Carl Friedrich Enger, Frankenfeil.
Friedrich Traugott Hartevig, Blumenau.
Johann Enoch Gülden, Johann Georgenstadt.
George Heinrich Hermann, Freyberg.
Gottlieb Sigismund Gerhard, Freyberg.
Heinrich Christian Reichel, Freyberg.
Johann David Klemm, Freyberg.
Gottlieb Werner, Herzogswalde.
Carl Gottlieb Menzel, Johann Georgenstadt.
Julius Gottlob Zech, Calleda in Thüringen.
Valentin Gottlieb Hentschel, Krummenhennersd.
George Sigmund Richter, Freyberg.
Johann Christoph Schneider, Zeha.
Johann Gottlieb Geißler, Oberbobritzsch.
Christian Haupdrath, Hallenberg.
Christian Gottlieb Meier, Freyberg.
Carl Lorenz Ludwig, Conradsdorf.
Christian Friedrich Stiehl, Freyberg.
Christian Gottlieb Dölkisch, Freyberg.
Carl Gottlob Noah, Freyberg.
Christian Friedrich Wenzel, Oberbobritzsch.

* * *

78 M 496

ULB Halle
001 618 148

3



TA-206

107





STIBADIUM
 NOVIS HONORIBVS
VIRI
SVMME REVERENDI AMPLISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI
DOMINI
CHRISTOPHORI
GOTTLOB
GRVNDIGII

QVVM AB EPHORIA ECCLESIARVM
 GLAVCHAVIENSIVM

AD
GRAVISSIMVM MVNVS

ANTISTITIS SACRORVM QVAE IN DIOECESI
 FREIBERGENSI PERAGVNTVR ATQVE
 INSPECTORIS SCHOLARVM

EIVSDEM TRACTVS

DIVINIS AVSPICIIS TRANSIRET

ET POSTRID. CAL. SEPT.

A. R. S. MDCCCLIX.

DEMANDATAM PROVINCIAM INGREDERETVR

AD TESTIFICANDAM OBSEQVII

PIETATEM PVBLICE

ADORNATVM

MAGISTRIS ET COMMILTONIBVS
GYMNASI FRIEBERGENSIS.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.

